

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2989

Auteur(s) : Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Évroult-Notre-Dame-du-Bois, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1124-1135]

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte d'Henri Ier.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Prévost Auguste, *Orderici Vitalis angligenae, coenobii uticensis monachi, historiae ecclesiasticae libri tredecim*, Paris, J. Renouard et Socios (Société de l'histoire de France), 1838-1855, 5 vol., t. 5, Appendix, n° XII, p. 204-206.

Texte établi d'après a

H. Dei gratia rex Anglie et dux Normannie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis et ministris omnibus, salutem. Sciatis me, ad petitionem dilecti et fidelis mei Willelmi de Molendinis et Alberede uxoris sue, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et sancto Ebrulfo et monachis ejus, in perpetuam, liberam et ab omni terreno servicio et consuetudine vel taliis vel relevamentis vel gardis vel fossatis vel muragiis vel carragiis seu quibus [libet] aliis terrenorum servitorum consuetudinibus quietam et puram elemosinam, hec omnia que hac presenti carta mea subscripta sunt : ecclesiam videlicet sancti Laurencii de Molendinis cum tota terra quam in suo dominio habebant juxta castellum de Molendinis predictus W. et Albereda uxor ejus, de cujus patrimonio erat castellum de Molendinis, et unum pratum juxta fontem quod dicitur pratum de Infernet, et aliud super Sartam, et aliud super Ytun, et duo jugera terre de dono Viatorum, et quamdam partem decime molendini de Sarta, et manerium monachorum juxta ecclesiam sancti Laurencii, et in forestis de Molendinis et de Bonis Molendinis et de Maheru et in Brolio calfagium priori et monachis apud Sanctum Laurencium commorantibus etiam cum quadriga de castro si voluerint et ad edificandas domos suas et ecclesiam sancti Laurencii cum necesse eis fuerit, et in eisdem quitanciam pasnagii et herbagii per totum annum ad omnia averia sua, et ad natale Domini unam fagum sicut habent milites de feodo Molendinorum. Concedo preterea et confirmo prefatis monachis ecclesiam beate Marie de Bonis Molendinis cum tota decima garbarum, lini, canabi et leguminum et furnorum et molendinorum et unum hospitem juxta ecclesiam ; ecclesiam sancti Dionisii de Maheru cum tota decima ipsius et cimiterio et terra presbiteri et cum virgulto prope cimiterium et cultura una quatuor acrarum vel amplius prope eandem villam juxta viam que de Maheru ducit ad Plancas et cum aliis terris et hominibus pluribus in eadem ecclesia et in parrochia ipsius ; decimam quoque panis et pasnagii et venditionis et omnium exituum domini Falandriarum de nemore suo, et quatuor jugera terre supra pratum de Infernet ; apud Sanctum Aquilinum duas partes tocuis decime feodi Heron domini de Brimoneria, et in parrochia de Ferraria similiter, et de feodo Hugonis de Ferraria, et in parrochia de Ronceos duas partes tocuis decime feodi Walteri de

Veteri Ponte ; et in parrochia Sancte Colunbe totum tenementum Rainboudi de Bosco cum arabili terra et cum bosco a via de Maupertuis usque ad Vadum Alboudi sicut ipsum dividit alta foresta. Concedo preterea prefatis monachis omnes libertates et quitancias quas in prefatis ecclesiis et hominibus et terris et dicta consuetudine forestarum et brolii habebant de antecessoribus meis et de me predictus Willelmus et Albereda uxor ejus, ita ut sepedicti monachi vel homines eorum in predictis terris manentes ex hiis omnibus que hac presenti carta confirmavi nec michi nec heredibus meis nec alicui, preter Deum, terrenum inde aliquid servicium facere teneantur nec relevamentum nec consuetudinem nec gardam nec auxilium nec talliam nec fossata nec muragia nec carragia. Quare volo et firmiter precipio ut hec supra scripta omnia, cum dicta eorum libertate, ita pacifice et quiete teneant sicut unquam aliquis homo de me vel de antecessoribus meis aliquid melius et honorificencius tenuit. Testibus : Richardo Baiocensi, J. Lexoviensi, J. Sagiensi episcopis, et Nigello de Albigneio et Willelmo de Molendinis. Apud Cadomum.